Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26335
Copyright: Admont, Benediktinerstift

19

Huius heresis principem accepimus fuisse donatum qui de numidia ue
niens contra cecilianum christianam diuidens plebem adiunctis
sibi eiusdem factionis episcopis maiorinum apud carthaginem ordinauit
episcopum. cui maiorino donatus alius in eadem diuisione successit qui
eloquentia sua sic confirmauit heresim hanc. ut multi existiment
propter ipsum potius donatistas uocari eos. Extant scripta eius ubi appa
ret etiam non catholicam de trinitate habuisse sententiam. sed quamuis
eiusdem substantie minorem tamen patre filium. et minorem filio putasse
spiritum sanctum. Verum in hunc quem de trinitate habuit errorem donatis
tarum multitudo intenta non fuit. nec facile in eis quisquam qui hoc il
lum sensisse nouerit inuenitur. Isti heretici in urbe roma mon
tenses uocantur. quibus hinc ex affrica solent episcopum mittere. aut hinc
illuc afri episcopi eorum pergere si forte ibi eum ordinare placuisset. Ad hanc
heresim et illi pertinent in affrica. qui appellantur circumcelliones
genus hominum agreste et famosissime audacie. non solum in alios
inmania facinora perpetrando. sed nec sibi eadem insana ferita
te parcendo. nam per mortes uarias maximeque precipiciorum et ali
quando ignium se ipsos necare consueuerunt. et in istum furorem alios quos potu
erint sexus utriusque seducere aliquando ut occidantur ab illis mortem nisi fe
cerint comminantes. Verumtamen plerisque donatistarum displicent
tales. nec eorum communione contaminari se putant. qui christiano or
bi terrarum dementes obiciunt ignotorum crimen afrorum. multa inter
ipsos facta sunt scismata. et ab eis sese diuisis partibus alii atque alii
separarunt. Quorum separationem certa grandis multitudo non sensisset.
apud cartaginem. Maximianus contra primianum ab eiusdem erroris cen
tum ferme episcopis ordinatus et a reliquis cccx cum eis xii qui ordinatio